



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Jn quo loco est purgatorium

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Folium XI

matrem ecclesiam est purgatoriu in quo purgatur anime postq̄ decessit que hic p peccatis nō satisfecerūt. **¶** Istam rationē heretici subtiliter solvūt. nam quando arguitur q̄ sic sequeretur q̄ deus esset iniustus iudex. ipsi heretici negant consequentiā. Ad probationē. vt si ponat q̄ sint duo homines rē. vt supra. qui similiter transeunt ad celum. dicūt q̄ licet trāseant ambo ad celum. p̄pterea tamē deus nō est iniustus iudex. q̄ tales nō habent equalē gratiā. eo q̄ non habent equale meritum. et sic heretici dicunt vltērius q̄ iste sint rationes sophisticē quas non curant. et ideo p̄pter tales hereticos summe necessarium est omēs sacerdotes esse logicos quia als multū facilius deciperētur ab hereticis. Unde p̄ter byteri habēt q̄ gratia nulli dēbetur nisi qui sua peccata deplanxit. addita satisfactiōe. Et ergo si p̄ aliquē hominē sit sola p̄fessio et peccatorū contritio. et ille tunc moritur adhuc gratia dei huiusmodi non dēbetur. nisi etiam cum hoc sit satisfactio. modo illa satisfactio post recessum in v̄sam vniuersē carnis nō potest fieri in celo. nec etiam in inferno. ergo oportet q̄ vtiq̄ sit ibi mediū per quod talis satisfactio potest fieri. et illud est purgatoriu. Unde sum̄ damentū hereticorum est. q̄ purgatoriu non est approbatū in sacra scriptura. sed tamē hoc est falsum. Unde ad hoc q̄ purgatoriu sit ponendum multipliciter adducitur scriptura. Primo patet autoritate veteris testamēti. vt legit in libro secūdo Machabeorū duodecimo. vbi dicit. Sacta et salubris est cogitatio pro defunctis orare vt a peccatis absoluant. sed notū est q̄ tales orationes non subueniūt animab̄ beatis q̄ sunt in celo. q̄ ille sunt in sempiterna requie. nec etiā subueniūt animab̄ q̄ sunt in inferno. nam tales redemptionē non sperant aliquā. Relinquit ergo q̄ orationes pro defunctis facte prosint animab̄ in purgatorio existentib̄. Et patet hoc idem autoritate sancti Augustini. Gregorij. Eusebij. et aliorū doctorū q̄ per multa miracula declarant eē purgatoriu. Un̄ dicit beatus Gregor⁹ in libro dyalogorū q̄ purgatoriu superat omnē penam corporalem. q̄ nulla pena est maior purgatorij pena. ergo manifeste p̄dit q̄ purgatoriu est ponendū

¶ Item dubitat. in quo loco est purgatoriu. Ad hoc respondent doctores sacre scripture distinguendo quattuor habitacula et mansiones. *Mansiones*
 Prima mansio est infernus simpliciter. scilicet in centro terre in quo cōcurrūt omnes putredines totius mūdi. que quidem mansio infernus nūc patur. in qua mansione detinentur anime peccatrices decedentes in peccatis mortalibus. et iste eternaliter sunt damnate et perpetuis cruciatib̄ dedite. q̄ ibi inhabitat horror sempitern⁹. *1. quatuor*
 Secunda mansio est supra infernū in q̄ habitant seu detinent parvuli non baptizati morientes in peccato originali. et isti non puniūtur aliqua pena sensibili. sed eorum pena ē solū illa q̄ eternaliter careant visione dei. *2.*
 Tercia mansio est purgatoriu. in qua mansione sunt illi qui moriūtur seu decedunt in peccatis venialib̄ vel in peccatis mortalib̄ oblitis. vel q̄ pro omnibus peccatis commissis et confessis penitētiā non compleuerūt. et si compleuerūt non tamen satis deuote et contrite. et isti habent spem redēptionis. et isti sunt pro quib̄ celebrantur misse. et pro quibus fiūt suffragia. elemosyne et communes sp̄ in ecclesijs orationes. *3.*
 Quarta mansio est alijs beatorū. et dicitur sin⁹ abrae. et *4.*

Summula Raymundi

Ad ista veniunt ante legem noua patres antiqui morientes sine peccato mortali. de qua dicit dominus in euangelio de diuute et Lazaro Lucae. xvi. Factum est autem ut moreretur mendicis. et portatus est ab angelis in sinum abrae. Sed tamen illa mansio destructa est per christum. quia christus post suam resurrectionem illam mansionem destruxit et omnes animas ibi deprehensas in vitam eternam perduxit. Item ex quo hic fit mentio de suffragiis mortuorum. tunc dubitaret quis que tamen sunt illa suffragia que animabus prodesse possunt. Respondet beatus Gregorius. quod sunt quatuor videlicet preces. missae. elemosine. et ieiunia. Per ista enim quatuor minuuntur peccata in purgatorio. videlicet. Missa. preces. dona. ieiunia. quatuor ista. Absoluunt animas quas ardens detinet ignis

Item dubitatur. utrum pena purgatorii sit equalis pene infernali. Respondetur quod sic quantum ad tormentum. sed tamen illa est diuina. quia pena purgatorii est temporalis et transitoria. infernalis vero eterna. Etiam iste aie in purgatorio habet consolationem propter spem redemptionis. Iste autem aie qui sunt in inferno nullam habent consolationem. quia sciunt se esse eternam damnatas

Item queritur. utrum pena in purgatorio sit maior pena totius mundi. Respondetur coiter loquendo. tunc pena purgatorii est maior et crudelior omni pena huius mundi. sed tamen potest esse minor quam iuxta gravitatem criminis

Item. utrum ignis purgatorii sit corporalis vel spiritualis Respondetur secundum beatum Gregorium quod in purgatorio est ignis corporalis qui est idem ignis in specie cum igne infernali. Sed diceret quis. inter agens et patiens debet esse proportio. primo de generatione. sed inter corporale et spirituale non est proportio. ergo anima non punitur igne corporali. Respondetur. naturaliter hoc bene esset verum quod concluditur per argumentum. sed aie parantur ibi ex diuina admissione et ordinatione et non naturaliter

Item queritur. utrum purgatoriu maneat post nouissimum diem. Respondetur simpliciter quod no. quia deus et natura nihil faciunt frustra. primo celi. sed post nouissimum diem nulla erit pena transitoria. sed omnis anima aut saluat aut damnat. si saluat tunc ascendit in altitudinem summe deitatis et vere beatitudinis. si damnat tunc descendit in profunditatem inferni. igitur post tunc poneretur frustra purgatorium.

Etiam queritur. utrum celebrare missam pro anima una iuuat omnes alias animas. Respondetur quod celebratio pro una speciali anima generaliter prodest omnibus animabus existentibus in purgatorio quo ad liberationem. sed tamen illi anime specialiter prodest quo ad honorem. Exemplum. sicut candela ponitur ante principem ad eius honorem. tamen omnibus assistentibus lucet. Item queritur. utrum peccator existens in mortali peccato bona operationem pro defunctis faciendo possit animas absoluere a pena purgatorii. Respondetur. aliquem facere bona opera pro defunctis intelligitur dupliciter. Uno modo secundum se et absolute. Alio modo in quantum est minister ecclesie. Primo modo si peccator existens in peccato mortali facit aliquam bona opera pro defunctis secundum se et proprio nutu et motu et non in virtute ecclesie. tunc illa suffragia non prosunt animabus in purgatorio existentibus. ut dicit sanctus Thomas de aquino. Si vero illa operatio per homini hominem fieret in christum est minister ecclesie. et in numero fidelium. tunc eius suffragia prosunt anime

Item queritur. utrum purgatorium sit pars inferni. Respondetur